

A. D!

DISSERTATIO ACADEMICA,

De

COMITIIS ROMANORUM,

Cuius
PARTEM PRIOREM,

Cum consensu Ampl. Facult. philof. in Regia Academia Aboënsi,
Sub PRÆSIDIO

HENRICI HASSEL

Eloquent. Profess. Reg. & Ord.

nec non h. t. RECT. MAGNIF.

Bonorum examini atque iudicio modeste submittis

JOH. BRAHELEN,

Ostrobothniensis.

Die XVII. Octobr. Anni MDCCXLIV.

Loco horisque conlvetis.

A B O A E,

Excud. JOH. KIEMPE, Reg. Acad. Typogr.

Viro admodum Reverendo ac Praclarissimo
Mag. ERICO FALANDRO,
Ecclesiarum in Limmingo Pastori longe meritissimo,
& adjacentis districtus Praeposito dignissimo,
Patrono & Promotori certissimo, quovis observantiae cultu ad cineres usque devenerando.

Viro plurimum Reverendo atque Clarissimo,
Dn. GUSTAVO BOGMAN,
Ecclesiarum Brahestadiensium Pastori meritissimo,
Patrono optimo.

Viro admodum Reverendo atque Praclarissimo,
Mag. GUSTAVO JUSLENIO,
Pastori Cronobyensium adcuratissimo, Patrono
certissimo.

plurimum Reverendo atque Doctissimo,
Dn. GEORG. STÄHLBERG!
Divinorum mysteriorum in Eccles. Brahestadiensi
dispensatori fidelissimo, Fautori honorando.

UT certo certius est, Patroni & Fautores optimi, mi-
ob favorem Vestrum singularem beneficiaque maxima,
sumi animi pignus Vobis consecro, pro Vestra Vestrorum-
nusu-

Vestri, Patroni
Devotus & ob-
JOHAN.

Viro plurimum Reverendo atque Praclarissimo,

Mag. JACOBO GARVOLIO,
Pastori Eccles. Sijkasjäkiensium vigilantissimo, Patrono
semper colendo,

Viro plurimum reverendo atque Clarissimo,

Dn. MATTHIÆ PAZELIO,
Ecclesiae in Kelsvio Pastori meritissimo, ut olim Prae-
ceptorum fidelissimo, ita jam Patrono æstumatissimo.

Viro plurimum Reverendo atque Praclarissimo,

Mag. PET. NICOL. MATTHESIO,
Pastori Pyhäjäkiensium meritissimo, Patrono
certissimo.

Plurimum Reverendo atque Praestantissimo,

Dn. PET. SCHRODERO,
Verbi Divini Ministro in Pulkila dexterrimo, Affi-
ni fidissimo.

*hi nihil suppetere prater voluntatem ad Vos remunerandos,
sepissime mihi praestita; ita pagellas has exiles, in gratis-
que incolumitate & flore perpetuo vota ardentissima
paturus.*

& Fautores,
servantissimus cultor,
BRAHELEN

Handelsmannen i Residence Staden Stockholm/
Högachtad/

Herr HANS DEGERMAN.

Handelsmannen i Residence Staden Stockholm/
Högachtad/

Herr ANDERS FAHLBORG.

Handelsmannen i Residence Staden Stockholm/
Högachtad/

Herr JONAS NORIN.

Rådsmannenen och Notarien i Brähestad/
Högwälachtad/

Herr GEORG. BERGSTRÖM.

Råd- och Handelsmannen i Brähestad/
Högwälachtad/

Herr PETER KELLIN.

Handelsmannen i Uhleå Stad/
Högwälachtad/

Herr JACOB FORBUS.

Her seen I Swanare/ det
Til tacksambet/ för all
Jag wet det ganska wäl/
Men EDER säkra gunst/
Gjør mig behlertad/ när jag
Beer/ I uptagen wäl/ hwad

Minne Hög- och Hög-
Edminte och
tie-

JOHAN

Handelsmannen i Residence Staden Stockholm /

Högachtad /

Herr HENRIC NORIN.

Handelsmannen i Residence Staden Stockholm /

Högachtad /

Herr THOMAS HEDBERG.

Handelsman i Ubleed Stad /

Högwälachtad /

Herr LARS FORBUS.

Råd-och Handelsman i Brahestad /

Högwälachtad /

Herr JOHAN SIVELIUS.

Stads Casseuren i Gamle Carleby,

Wälbetrodde /

Herr JACOB WEWILIUS.

Handelsmannen i Brahestad /

Högwälachtad /

Herr JOHAN JOSANDER.

enda jag förmår
den godhet jag ärenutit.
at dylikt ei förslår ;
som aldrig för mig trauit/
detta E:R tilskrifwer/
jag med wördnad gifwer.

wälachteade Herrars
hörsamste
nare
BRAHELEN.


Amico suo
Dn. JOHANNI BRAHELEN,
Auctori & Respondenti hujus egregiæ Dissertationis
dexterrimo

Ὀλβιοὶ εἰσὶ γεωργοὶ ἐπὶ μελιθόεα κάρπον
Τοῖς ἐργαζομένη αὐλὶς ἄρρα φέρει.
Ὅτδ' ἴδ' ἔμμορέ πρὸς κερδοπῶν μάλα αὐβολιόργος*
Μηδεὶ γὰρ θεγείων εὐπλοίας δίδουσι.
Εἰ δ' ἄρα λί κμαάτω παθιάπει ἀνὴρ, διδαχὴ ἔτι
Τῆς σοφίης τ' ἀπίνως ἔμμορε ἔλκε ἀνὴρ.
Ἡ δ' ἀρετὴ πάντεσσι θεροῖς τὸ δ' ἀρετὸν ἀθλον,
Κάλλιστόν τε φέρειν πέλει ἀνδρὶ σοφῷ.
Φίλταπε, ὅσσ' ἀρετῆς σοφίης τε, ΣΤ, τέκματτα δείκνυται,
Τόσσοι ἐμήσατό σοι ἀθλα φασινά πανόν.
Ἐδλά τοῦτ' κ' ἀδόλως σοὶ ἐρῶ, ΒΡΑΕΛΗΝΙ ἔπιπρε*
Μοῖραν ἐμὴν ἰλίγην, μείονα μὴ ἐσορῆς
Ἄισ· μοι ὄχμω παθῆϊν' τὸδ' ἐς ὑπερὸν ἀδίων ἄσω.
Εὐχεσθαι αὐτὰρ ἐγών Σ' ἀθλον ἀμεινον ἔχεν!
Ἰσπερὶ ἢθερ ἐμὸν καὶ ἀγάλλεσθαι ἠίκ' ἀκίσσω,
Ἰδμοῖα εὐσιφανόν Σ' ἀνθεσιν ἐιρηνόισι!

Dab. Brahestadii d. 11. Sept. L. Mōj Grath'abatur
Anno Χριστογονίας 1744.

M. MARTINUS PEITHZIUS

Adj. & Pad.



S. I.

Monet Polybius Libr. VI. in civitate Romana tres regiminis formas ita æqualiter fuisse constitutas ac dispositas, ut ne ipsi quidem Romani dicere potuerint, an tota illa respublica vel Monarchica vel Aristocratica vel Democratica esset. Mirrimus jam ea, quæ vel Monarchiæ vel Aristocratix speciem referebant. Quod Democratiam attinet, inde a prima quidem civitatis origine haud obscura ejus vestigia exstant; sed ex quo, Regia potestate exterminata, consules creari cœperunt, omne imperium omnemque majestatem illius reipublicæ penes populum fuisse cum Nicol. Gruchio affirmare non dubitamus. Iple Romulus, referente Dionysio Halicarnassensi Libr. II. *plebi hæc tria commisit, magistratus creare, Leges sancire, de bello ac pace decernere.* Patet porro ex provocatione ad populum, quod idem plus valuit quam ipsi Magistratus. Constat etiam ex more

summittendi fasces, quanta erat populi dignitas. Accedit, quod præter populum nemini concessum fuit civem Romanum capitis damnare & de libertate ac jure civitatis judicare. In primis vero tribunitia potestas, & Magistratus etiam superiores cum populo communicati, eminentem ejus potestatem satis superque ostendunt. Tantis juribus muniti Comititia habuerunt cives Romani. Cum itaque de Comititiis Romanorum agere constituerim, eo me difficiliorem suscepisse laborem existimo, quo magis per omnem Historiam Romanam hoc se diffundit argumentum. Qua tamen difficultate deterreri non potui, quominus Tua B. L. benevolentia fretus, institutum persequerer.

§. II.

CÆterum antequam ipsa Comititia Romana speciali subijcio considerationi, exigit ratio ordinis, ut quædam de illis in genere præmittam. Reperimus Comititia olim apud Romanos fuisse *Conventus universi populi, ad ferendum de aliqua re majoris momenti suffragium*. Nomen sine dubio suum a coeundo vel ut veteres, comeundo trahunt, quod iis populus certum in locum ad res gerendas convenire solebat. Ubi primū observandū erit, discrimen inter *Concilia* & *Comitia*. Comititia enim respiciunt universū populi conventū; *Concilia* vero partis tantū cujusdam congregationem. Deinde neque omnes universi populi conventus Comititia dicebantur, nisi suffragia accesserint; nam si alium in finem & alia de causa

caussa populus, ut aliquando accidit, se congrega-
ret, e. g. ad celebrandos ludos, iste concursus non
erat Comitia. Iisdem omnia agebantur, de quibus
penes populum definiendi jus fuit, ut modo dictum
est. Genera ulterius Comitiorum proprie sic di-
ctorum fuerunt tria, scilicet *Curata Centuriata &*
Tributa. Quæ enim dicuntur de Comitibus *Calatis*,
non faciunt aliud Comitiorum genus; nam ita *Cur-*
ata & Centuriata interdum appellabantur a græco
verbo *καλειω*, quod latine *voco* denotat, unde et-
jam aliqui *calare* pro *vocare* dixerunt. Eodem sen-
su & nos dicimus *calla*. Et comitia calata nostro
idiomate aptissime exprimerentur: *Sammanfallade*
Ständer.

§. III.

UT ad exponenda genera Comitiorum singula-
tim nos accingamus, ordinis jam (vadet ra-
tio. Per *Curata Comitia* nihil aliud intelligimus,
quam *conventum populi in curias divisi, in quo curiatim,*
id est per curias, suffragia ferebantur, ut quod plures cu-
rie jussissent, id jussum populi esse haberetur. Sed ut
rem dilucide magis expediamus, de curiis notan-
dum est, quod Romulus universam civium multi-
tudinem in tres partes divisit, quæ ideo tribus di-
ctæ sunt. Idem singulas iterum tribus in decem
partes dispescuit, quæ Curiaë sunt vocatæ, a cura
vel curando, quia nimirum sacra communiter cu-
rabant atque etiam rempublicam. Atque hic tri-
ginta Curiarum numerus deinde est ser-
vatus,

vatus, quamquam postea tribuum fuerit au-
ctus.

§ IV.

Hinc facile patescit, cum nondum alia Comitia
essent, Curiatis omnia ad reipublicæ utrumque
pertinentia peracta fuisse. Sed constitutis prius
Centuriatis & deinde *Tribuibus*, duas potissimum ob
causas haberi solebant: nimirum aut legum nonul-
larum ferendarum aut sacerdotum quorundam cre-
andorum gratia. Leges quæ in his ferebantur,
præsertim sex numerantur. Prima lex fuit
de confirmandis quibusdam Magistratibus,
quos aliis Comitiis antea designarant. Illa
de imperio conferendo. Distingvendum enim est
inter potestatem & imperium. Illa quippe erat ius
administrandi provincias vel civiles functiones co-
mi obeundi, atque dabatur, quum crearentur Ma-
gistratus. Hoc vero nempe imperium consistebat
in jure rei militaris administrandæ, quod post cre-
ationem conferebatur Dictatoribus, Consulibus,
Prætoribus aliisque Magistratibus superioribus. Illa
Qua Camillus ab exilio est revocatus. IV:ta de
adoptionibus. V:ta de confirmandis testamentis;
& deniq; VI. de detestationibus sacrorum. Detestari
sacra, interpretante Pitisco, erat absenti denuncia-
re sacra hæc esse hæredi aut Legatorio facienda,
si velit adire hæreditatem, vel capere legatum.
Quod attinet, sacerdotes in hisce Comitiis creatos,
erant illi flaminestantum & Curio Maximus, qui om-
nes curias curionesque regebat. Alios vero Curio-
nesnon Comitia sed unaquæque curia constituit.

Fuit potestas & convocandi & habendi Comititia primis temporibus penes Reges, & Rege aliquo mortuo penes Interregem, sed abrogata Regia potestate jus convocandi populum transit ad Magistratus, ut *Consules, Praetores & Dictatores*. Locus Comitii primus fuit *Palatium*, sed populo aucto & curiis novis ædificatis, *Comitium*, ædificium foro conjunctam aut pars magni fori. Habebantur hæc Comititia diebus tantum comitialibus, ob eam rationem, quod populum convocare & Comititia habere aliis Comitiiis nondum institutis, nisi diebus comitialibus nemini concessum fuit.

Modum agendi in hisce Comitiiis quum consideramus, duo potissimum sunt notatu digna. Primum respicit antecedentia quædam, alterum ordinis observationem. Ad antecedentia spectant I:º Patrū Auctoritas. Ac primis quidē temporibus Patres auctores fiebant post habita Comititia, h. e. quæ Comitiiis acta erant, confirmabant; sed deinde institutum est, ut in incertum comitiorum eventum Patres auctores fierent, h. e. promitterent se ratum habituros, quod Comitiiis decreturus foret populus, Quo ipso tamen juxta indicabatur, Patres causas comitiorum probare. Sine prævia enim hac Patrū Auctoritate Comititia intermittebantur vel differebantur. II:º Solennis populi convocatio. Edicebantur autē Co-
mi-

mitia publico edicto, quo & causa & tempus eorum continebatur. Et quum in agris habitarent multi, qui jure suffragii gaudebant, edictum illud in publico exstabat per trinundinum. Nundinis quippe sive nono quolibet die homines majori frequentia ex agris conveniebant in urbem. Atque illa temporis intercapedo inter edictum ac diem comitorum observabatur, nisi comitia haberentur per interregem, cui non licuit ultra quinque dies obtrahere imperium, aut major aliqua reipublice necessitas urgeret. Quod si Consules abessent, vel edictum Comitiorum ex itinere præmittebant, ut mature proponeretur, vel Prætori mandabant, ut eorum nomine comitia ediceret. III. Hisce Comitibus auspicia etiam præmitti debebant, quibus ubi infausti quid significabatur, vel dissolvebantur vel differebantur Comitibus. Quod si vero nullum per auspicia injiceretur impedimentum, peragebantur Comitibus hoc modo: Rogatione publice recitata, Præses Comitiorum populum ad suffragia ferenda invitavit & quidem his verbis: *Si ita vobis videtur, Quirites, discedite in curias, & suffragium inite.* Cum vero populus in Curias, esset congregatus ac de rogatione consultasset, singulæ curiæ eo ordine, quem iis fors assignavit, exierunt, & suffragia tulerunt. Quæ autem prima exierat *principium* appellabatur. Sed si accidisset, ut curia, quæ primo ad ferendum suffragium sorte vocata erat, mali ominis esset, Comitibus in aliud tempus

pus differebantur. Mali autem ominis illa censebatur, quæ existente principio, gravior aliquis casus reipublicæ evenerat. Initio quidem ad legem tabellariam usque a Gabinio Tribuno plebis latam populus viva voce, sed deinde tabella suffragium tulerunt, ut ab omni parte liberum esset populi Romani iudicium. Quam primum denique sexdecim curiæ suffragia inierant in unam partem, finis fuit Comitiorum.

§. VII.

Comitia Centuriata solum a Centuriis deducere nomen omnibus patet. Hisce Comitibus *populus per classum Centurias divisus suffragia tulit, ita ut quod plures centurie iussissent id ratum haberetur.* Quod ut apertius intelligatur de *Censu* primum dicendum est. Census fuit enumeratio populi cum estimatione facultatum. Nieuport Sect. I. Cap. VIII. §. 1. Iussit nimirum Servius Tullius sextus Romanorum Rex cum iurejurando Bonæ fidei censei cives omnes Romanos, eorum conjuges, liberos, servos ac mancipia & libertos, adscriptis singulorum ætatis annis, prædia urbana & rustica, fundorum instrumenta, suppellectilem quamcunque, pecunias, exhibitis libris, rationem accepti & expensi continentibus, atque ut verbo dicam: quidquid unquam bonorum nomine venire potest. Addebantur etiam designationes locorum ubi quisque habitavit. Quod si quis repertus fuerit non census, virgis cæsus, sub hasta tamquam mancipium veniebat bonaque

naque ejus publicabantur. Ex hoc instituto reipublicæ duo accesserunt comoda maxima. Sic enim uno quasi intuitu numerus eorum, qui arma capere possent, noscebatur, civiumque facultates, quibus bellorum onera ferenda essent, constabant. Qua ratione fiebat, ut omnes cives in sex classes distribuerentur, classes vero in centum tres & nonaginta centurias. Ubi observandum: centurias primæ classis, quæ ditissimorum erat, additis equitum & fabrorum, fuisse centum; reliquas autem classes, infirmorum etiam adjecta, quæ una tantum erat, simul sumtas absolvisse numerum trium & nonaginta centuriarum. Qui in prima classe erant, nominabantur *Classici*, unde auctores probati & antiqui vulgo *Classici* adpellantur; reliqui *infra classem*; qui in ultima, *proletarii* & capite censi dicti fuerunt. Hi neque tributum aliquod Reipublicæ solvebant, neque militabant nisi urgente extrema reipublicæ necessitate, sive in tumultu, maximo, quo etiam calu arma illis de publico præbebantur. Hinc apparet, totam pene imperii vim penes ditiores fuisse, quum adversus eorum, numero centuriarum prævalentiam, conclusum reliquæ classes nihil possent; quod tamen tenuiores, ut ægre ferrent, nulla suberat ratio, quippe quibus onerum publicorum ac militiæ expertibus vitam agere otiosam liceret, præsertim quum æque ac ditiores jure suffragii aliisque privilegiis, cum civitate Romana conjunctis, fruerentur. Peculiaris autem Census is fuit.

fuit, quem Augustus, circa nativitatem Servatoris instituit, cujus mentionem fecit Lucas Cap. II. c. 1. Exiit edictum a Cesare Augusto ut describeretur universis orbis. Neque enim Judaei erant cives Romani. Census autem, de quo hic agitur, erat Romanis proprius. Sed ut monet Pufendorf pag. 386 Tom. I. Augustus publice quietis fundator, postquam tributorum & vectigalium exactiones provincialibus ferent intolerabiles, omnes extraordinarias tributorum vectigaliumque exactiones, quas avaritia Magistratum Romanorum provincialium Praefulum Praetorum, Praesidum malo publico repererat, velut uno ictu praecidit: & neglecta veterum ratione, nova tributa ordinaria instituit, alia in agros, alia in capita. Num vero hoc modo censa fuerit sola Judaea, an etiam alii quoque populi, Romanae potestati subiecti, hanc controversiam, non facimus nostram.

§. VIII.

TRia potissimum populum Romanum Centuriatis Comitibus peregrisse legimus, nimirum: Magistratus creasse, leges tulisse, & judicia exercuisse. Primo illis creabantur majores Magistratus ordinarii, scilicet Consules, Praetores & Censores, interdum extraordinarii, ut: Praefules, Propractores &c. Sic etiam Rex sacerorum & flamines. Secundo illis leges ferebantur tere omnes, quae a Magistratibus Majoribus promulgabantur, praesertim si praevia auctoritate senatus ferenda essent, ac de re quadam majoris momenti

gerent. *Tertio* illis exercebantur judicia & quidem de solo crimine perduellionis. Crimen perduellionis erat, si quis civem Romanum, vel in crucem egisset vel percussisset securi, vel in latumias conjecisset, vel contra jus libertatis quocunque modo ut peregrinum tractasset. Atque idem hostis Reipublicæ contebatur; Quos enim nos hodie hostes dicimus, eos veteres *perduelles* vocabant. Ab hoc diversum fuit crimen Majestatis, cujus reus habebatur, qui aut seditionem in exercitu concitasset, aut duces hostium pecunia liberasset, aut domi suæ inimicorum duces incolumes conservasset &c.

§ IX.

Observandum etiam est, quibus fas fuerit *Comitia Centuriata* habere, jus illud erat penes Magistratus majores, & quidem *Consules, Praetores, Censores, Dictatores & Interreges*. Etiam *Tribuni militum* consulari potestate & *Decemviri* legibus scribendis, immo *Pontifex maximus*, quum creandi essent sacerdotes, id exercebant. Competebat jus suffragii universo populo in centurias descripto, non solum civibus urbanis, sed etiam illis, qui extra urbem habitabant, vel in Italia, vel in municipiis, vel in coloniis, civitatem tamen cum jure suffragii adeptis. Hinc tamen excipiendi sunt, a Censibus ignominia notati, licet in urbe habitarent. Promulgavit Julius Cæsar anno urbis DCLXIII. legem de jure suffragii universæ Italiæ conferendo. De-
ni-

niqve notabimus *Comitia Centuriata* in loco itaugurato regulariter habita fuisse, non tamen intra sed extra pomerium, scilicet in Campo Martio, centuriatis Conventibus omnino destinato, quia non nisi exercitu imperato habebantur, & intra urbem imperari, jus non erat. Habebant hæc *Comitia* id cum reliquis commune, quod non nisi diebus comitialibus peragi possent.

§. X.

MOdum horum Comitiorum cum considerabimus, duo imprimis notatu digna nobis occurrunt, nimirum primum *antecedentia*, deinde *modus ipse*, quem in hisce *Comitiis* observarunt. Quod ad primum attinet, sciendum est, neqve *Comitia Centuriata* prius potuisse haberi, quam Patres auctores fierent, qua de re dictum est §. VI. Necessè etiam fuit ista *Comitia* edicere, ut omnes diem, ad quem convenire populus deberet, multo ante intelligerent, de quo etiam a nobis actum est eadem §. Sequuntur itaqve, quæ comitiorum die sunt acta atqve ipsis *Comitiis* veniunt consideranda. Nec poterant fieri, nisi observatis auspiciis, de quibus etiam nonnulla adduximus § modo citata. Erant Romani inde a primis reipublicæ initiis religionum observantissimi, ut nullum negotium saltem majoris momenti ante susciperent, quam consulissent Deos. Variis quidem modis exploratum ibant voluntatem Deorum, e. g. per *exta* hostiarum, ex terrenis quibus-

busdam animantibus, diris &c. Sed in hisce Comitio adhibebantur tantum *inspectio avium & observatio de celo*; quarum prior in *curiatis & centuriatis*; posterior vero in omnibus comitiis locum habuit. *Inspectio* in eo consistebat, quod ex avium *volatu, cantu, pastu* vel *tripudio* signa capiebant. *Servatio de celo* erat, quum *caelum circumspicerent, observaturi, an aliquid se offerret, unde divinationem accipere possent.* De *caelo* servabant & *Augures* & aliquando ipsi quoque *Magistratus*. Opinabatur quidem vulgus, Deorum voluntatem per ejusmodi signa *notescere*, sed prudentiorum longe alia erat sententia, quam, in hunc modum explicat Cicero Libr. II. de *Divinat.* *Errabat multis in rebus antiquitas, quam vel usu jam, vel doctrina vel vetustate immutatum videmus. Retinetur autem, & ad opinionem vulgi, & ad magnas utilitates rei publicae mos, religio, disciplina, ius Augurum, Collegii auctoritas.* *Auspiciis & sacrificiis, quae etiam praecedere debebant, peractis, Magistratus, qui Comitio praerat, urbe exiit, & primis temporibus eum subsequuti sunt omnes cives armati sub signis in suis quique centuriis, ut monet Rosin. Libr. VI. Cap. XIV.* Deinde autem non omnes cives fuerunt armati, sed quidam tantum armis instructi in campum conveniebant, & mox in montem Janiculum deducebantur, ubi vexillum erectum stabat, donec Comitio essent finita, cujus rei mentionem Dionysius Halicarnass. Libr. XXXVII. huic verbis fecit: *Cum antiquitus multi hostes circum Romam habitarent, ve-*
rissi

riti Romani, ne dum ipsi Comitia Centuriata agerent, ho-
 stes per insidias urbem aggredierentur, Janiculumque occupa-
 ent, statuerunt non omnes ire in suffragia, sed ut semper
 aliqui armati per successionem eum locum custodirent. In
 Janiculo igitur, quamdiu concio durabat, custodire ageban-
 tur. Cum autem solvenda jam erat concio, signum a Jani-
 culo removebatur, custodesque discedebant. Non autem li-
 cebat, custodibus ab arce ea remotis, quicquam amplius statu-
 ere. Is autem mos solis Centuriatis Comitiis observabatur,
 cum extra urbem omnes in armis adesse res postulabat, &
 id hodie quoque religionis causa fieri solet. Hic etiam ob-
 servandum est, quod Consul Comitiorum die, sem-
 per tanquam Dux exercitus, ritu antiquitus usita-
 to, tabernaculum extra pomerium statueret. Hic nonnulla sunt interserenda, quæ ante diem
 Comitiorum cæpta, eodem etiam peragebantur. Quum in Comitiis leges essent ferendæ, per trinun-
 dinum in publico propositæ exstabant, ut cuilibet
 eas legere ac describere liceret. Recitabantur etiam
 & syadebantur. Concessum quoque fuit easdem
 dissuadere. Si exercerentur judicia, tribus ante
 Comitia nundinarum diebus, reus accusabatur,
 quo tempore nec deerant, qui causam ejus age-
 rent. Quando Magistratum creandorum habenda
 erant Comitia, Candidati trinundino prensabant,
 h. e. cives, prehensis eorum manibus, compellabant.
 Ejuscemodii actus ipso Comitiorum die continua-
 bantur. Tum iterum recitabatur lex, atque pro
 ea vel syadenda vel dissuadenda habebantur oratio-
 nes.

nes. In judiciis, quartum jam acufabatur reus, atq; juxta defendebatur. Candidati quoque populo supplicabant. Nec prius in *centurias* divisus est populus, quam Magistratus, qui *Comitia* præfuit, orationem habuisset, qua Qvirites rogabantur, ut id de quo ageretur in ferendis legibus, jubere vel vetare; in judiciis reum absolvere vel damnare vellēt, in creandis Magistratibus, ut ex iis Candidatis, quorum haberi rationem oportebat, & quos nominabat omnes, quot opus esset crearent. Deinde Comitiorum Præses jussit populum discedere in centurias. Non autem circa ordinem centuriarum, ad ferenda suffragia proceduntium, semper idem fuit observatum. Antiquissimo tempore primæ ad suffragia vocabantur centuriæ **XII**. Equitum, **XXC** peditum, quorum maximus erat census. Postmodum non centuriæ equitum primæ vocabantur, sed per sortilegium discernebatur, quæ centuria futura esset *prærogativa*, reliquæ pro ratione census procedebant ad suffragium. Ultimam, populo in **XXXV**. tribus diviso, primum sortiebantur tribus de honore isto præcedentiæ, & mox inter centurias hanc, quæ illum obtinuit, tribum constituentes altera facta est sortitio, atque tum illa, cui fors favebat *centuria princeps* incebat. Centuria autem suffragium lata per ponticulos ingrediebatur, locum quendam cancellis circumclulum, qui *septum* vel *ovile* dicebatur, idq; eo modo, ut singuli ex tabellis, quas in pontis initio præbebant *Diribitores*, unam ovile ingredientes

tes conjicerent in cistam, quam *Rogatores* in hunc usum proponerent. Quot ergo erant candidati, quorum habita fuerat ratio, tot tabellæ unicuique de populo in introitu ponticuli a Diribitoribus dabantur; atque illis, non integra candidatorum nomina inscripta erant, sed primæ tantum litteræ cujusque. In Comitibus autem legum ferendarum duæ dabantur tabellæ, una in qua scriptum erat: *Uti Rogas*, duabus tantum litteris: *U. R.* altera in qua scriptum erat: *Antiquo*, una littera *A.* In iudicio vero altera fuit, in qua exstabat: *absolvo* una tantum littera *A.* altera in qua *condemno*; littera *C.* tertia in qua hæc verba fuerunt: *Non liquet*, duobus litteris *N. L.* tantum.

Postquam omnes qui ad centuriam pertinebant, suffragia tulerant, tabellæ e cista educebantur a custodibus, numeratisque suffragiis, quod plures statuissent, totius centuriæ sententia habebatur. Centuria jam prima dimissa, aliæ eam secutæ sunt, eodem modo suffragium ineuntes, usque dum major numerus, scilicet centuriarum nonaginta septem in una conclusisset sententia, quæ totius populi decretum censebatur. Jam demum, quid post lata suffragia observatum fuerit, verbulo dicemus. Candidatus ille, qui suffragus vicerat sine mora vocatus a Magistratu, designatusque precatione solemni, magna pompa domum deducebatur. Hanc libertatem ad Julium Cæsarem usque conservarunt Comiticia centuriata, qui eorum potestatem inter se & popu-

populum divisit, & quidem ita, ut exceptis illis, qui consularum ambiebant, dimidia pars Candidatorum ex populi, altera vero dimidia ex voluntate Cæsaris crearentur. Augustus vero comitia iterum servitute aliqua ex parte liberavit. Sed reliqui successores *Comitia* vel prorsus neglexerunt, vel eorum potestatem sibi vindicarunt. Hinc libertatem amisit antiquam
 populus.



L'Auteur de cette dissertation,

Mon cher ami.

Ce me seroit un travail inutile & superflu de publier vos louanges en cette occasion, quoique je le fisse avec Les expressions de la plus vive éloquence; car votre présent ouvrage mérite un immortel honneur, & l'éloge le plus patétique en lui même, ne surpasseroit pas la gloire, que vous vous procurez: toutes fois mon cher ami, je ne puis passer cette occasion si favorable, sans vous remontrer mon affection, & combien je me réjouis de vos heureux progrès; j'aurois auterment commis une faute contre les loix de l'amitié. Vous avez dans La présente dissertation traité une noble matière, savoir, Les DIETES des anciens ROMAINS, c'est, Mon cher ami, une antiquité, que vous renouvez, pour que la mémoire de telles choses ne nous manque pas, & si elle nous eut manqué votre savante dissertation nous la rafraîchiroit. Vous en aquez des Louanges, & votre nom sera recommandable à la Postérité, qui le renouvellera aussi souvent qu'elle lira votre agréable labour. Au reste, je vous souhaite au fond de mon coeur toutes sortes de prospérités & des récompenses dignes, de votre assiduité & de votre modestie. Je suis toujours.

Vostre très affectionné serviteur

& ami

GABRIEL G. HOLMUD,

Natif d' Ostrobot.

Domino Respondenti,
AMICO suo Honoratissimo.

Qua per tempus aliquod sanctior inter nos intercessit amicitia, exigit omnino, ut quam erga Te favemus animi affectionem candidam ac sinceram, hanc occasione adeo exoptatae inservientes, publice testemur. Nobis autem propositum non est, vel in argumenti, quod pertractandum elegisti, vel eruditionis Tuae haec elucens, laudes excurrere, quibus praedicatione nostra ne tantillum quidem accedere possit; sed quemadmodum singulari inde laetitia sumus perfusi, quod, quae nobis dudum perspecta erat doctrinae Tuae elegantia, eius publicum jam existendum sit documentum; ita, pro indole huius affectus rupta silentio, alia etiam constare voluimus, quanto sit nobis iucundus, felix & auspiciatus rerum Tuarum successus. Eo itaque animi candore, quo in amicum unquam uti potest amicus, & ingenium & eruditionem & hoc utriusque specimen Tibi gratulor, addito voto pariter ex imis pectoris recessibus profuso, in posterum quoque omnia Tibi auspiciato atque ex animi sententia eveniant.

Sic Gratulatur,
IS. FORTELIUS.
Ostrob.

Domino AUCTORI,

Cum probat ingenii vires sub Praeside magno,
Monstrat & illustres Braheles, quos Roma coegit
Conventus, illi tantos hic gratulor ausus,
Et propter, ut fausti sonatus sintque labores!

Ita animo gratulari voluit
JAC. AHLBERGH.
Ostrobomienfis,